4.

PETRI SCHOLIRII
ANTVERPIENSIS
SERMONES
FAMILIARES.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA.
M. DC. XXIII.

PETRI SCHOLIRII ANTVERPIENSIS SERMONES FAMILIARES.

IN MVSAS.

SVBSANNATE *pares vobis, vel qui meruere*
Vates, Castalides, qui mēdicare Sorores
Constringunt Bromio, qui sunt ignominiosæ
Fautores culpæ, qui cudunt falsa; Mineruæ
Parentem imperio non me: & tu, perfida Pallas,
Viue, vale; satis est Diuas nouisse; deinceps
Nil mihi vobiscum: sunt rustica numina nobis,
Atque potestates herbarum, amesq; Dianæ;
Queis ego deuoui, tabulis ad Apollinis aram
Omnibus appensis, quidquid dabit Atropos æui.
Nam quid rancidius, quàm me Tritonidis hastâ

Carmina vertentem, bis, terq́; quaterq́; vicißim
Parte Facultatis, Rectoris parte citari;
Primorum veluti sententia lata locorum
Iudice me in dominos; manibus post terga retortis
Otia sectari vos, nec rumore cieri?
Magna propinquorum si quando nata simultas
Nota suis Laribus, facili quæ prompta propinqui
Componi arbitrio; vitio si quisque teporis
Ingenuam detrectat opem, gaudetq́; perennes
Conturbari animos, & crescere sanguinis æstus;
Nauigat extensis, sic fota iniuria, velis.
Non mea res agitur, quamuis mea, sed tua, Nympha,
Vestráque, Pierides: generis finxisse Deorum
Doctores potui, atque ipsis præponere Musis:
Non ea mens tibi, Pallas, erat: paremus ad vnum
Versibus inuersis; num plus quàm vota reposcis?
Iuro, puellarum potiùs curabo cerebro
Phasmata, & Anticyra medicabo inglorius arte
Bile laborantes; adytus, Heliconius, ipsis,
Quàm me rideri patiar Tutricibus ipsis
Immeritò. Pecco quia doctum confero doctis?
Ladóne quando dico. Profeßi grandia turgent?
Nota paræmia: vel si inflare scientiam? Habentur
Scrupea, quæ afficiunt, denodes, protinus ornant.

Esca

Esca hæc litigij? Cæsar non sic sua iura
Dilapidanda dedit: de lanâ, pœna, caprinâ,
Codice, disparibus. libertas aurea Vatum
Tuta sit in terris; aut vos componite cælo
Intrepidos versus; mutilatæ & psallite turbæ.
Vt taceam egregios, quos est cohibere, Magistros:
Non me, pro innocuo, trepidans responsio Schori
Territet, Erycio, veheménsque erroribus ira?
Coniugij Eupolidi nox prima, nouissima vitæ:
Exulat, vt reliqui, liber Naso, & Iuuenalis:
Esse mera constat, placuit si Euphormio, fortis.
Suggeritis Satyras: noli me tangere: scribam:
Quî taceam, ad Stellam, veluti memorabile Cannis,
Imparibus bellum exitijs? vafrosque ministros
Regum exstirpatos, Bironem, Calderon, Ancrum?
Et medio populi grandes sine luce lucernas,
Auriculásque Midæ, truncos, sciolos, crotalósque,
Angustæ naturæ homines, vitæque concta,
Improuisò acri quos verset Sostratus arte?
Nonnullis Fortuna fauet: sit gratia parui;
Multa nocere queunt: odiosa poëmata culpæ.
Argento sileam duplices hinc inde Sinones?
Pareat iniustis iustissima Musa lupatis?
Concipitis frustrà. sed quærite, & inuenietis

Assentatores pretio, aulaíq; fauore.
Non equidem inuideo: sunt, qui cacoëthe laborant
Isthoc, innumeri: basis ista politica vitæ
Inter magnaminos hodie: rudis, & lare priuus,
Laudibus assueui non prodigialiter vllis.
Ergo vale Pallas, Pindíq; in vertice vulgus;
Auocor ingratis, medica ad plantaria: mater
Ordine naturæ natos ex corde fouebit,
Quos volet officio correspondere deinceps.

APOLLO.



VOS *motus animorum, aut quæ certamina nostris*
Audio delubris? Parnaßi viscera numquid
Spiritus vnus alit? lacerâ discordia pallâ
Pierios agitétne choros? volet anxia regna
Pegasidum, vt totum quondã tremefecit Olympum?
Iupiter hanc Stygijs, fraterno, habitare cauernis,
Fœdere constituit, grauiter monuítque supernè
Horribiles dictu numquam tentare latebras:
Addidit & pœnas. Quæ vos dementia cepit,
Quò Musæ vestri immemores? vos &, mea cura,
Finitimi Superis, mea maxima cura, Poëtæ,

Paci-

Pacificis quoque digni oleis, phanatica quæ vos
Ira mouet? Pimplámne etiam tentabitis armis?
Ponite, Thespiades, hinc inde dicacula, nati,
Pectora, & indomitam, dum tempus, me duce, tectis
Propulsate Deam: minimis exercita fratrum
Tandem etiam in magnas succrescit sanna querelas.
Ergo agite, Aonides (fratrum reuerentia magna est)
Enerues cohibete minas; labiúmque malignum,
Nasutósque omnes, ignorantésque, magistrósque
Iniustis remouete odijs: seruanda potestas
Vatibus illæsa est; aut gloria vana Sororum.
Nunc viget in terris duplici simulatio fuco,
Inuisúmque bonis crebrum poppysma: fouetur
Cæcus adulator; morumq́; elegantia, fraudes;
Et sub vulpe animi; cum Verre, & Clodio, Vlysses
Viuitur, & pretio est ficti constantia vultus:
Nemo reconcinnet? pereat, Ioue vindice, totus
Peste Lycaoniâ rursum peruersior orbis?
Vndique Vertumni; dum quæstio honoris, & auri,
Omnis Aristippum decuit color; ara Lauernæ,
Bifrontísq́; Deæ monstrosa piacula fumat.
Insudant homines passim, vt peccata, reductis
Casibus, incrustent; vsura ac schemata tuta
Ex imis ducunt folijs; faciléśq́; ministrant

Iuri-

Iuriiurando ſecura repagula mentis:
Nemo reconcinnet? Quorſum ſub ſidere magno
Vatibus ingenium datur? & cenſoria virga?
Et correctores calami? & deriſor iambus?
Et, quod nemo capit, compungi Palladis œſtro?
Et, quod nemo ſapit, falſi ſub imagine verum
Inſtillare animis, & fallere criminis artes?
Ludite ſecuri, cum libertate, Poëtæ;
Eruncate imis, priſcâ virtute, medullis
Infelix lolium: Regum ſuper atria, Tempe.
Diſtinguenda tamen ſunt tempora: moribus iſtis
Gratia debetur, color, & palpatio maior
Quàm quondam antiquis: Promiſcua ludite, Vates,
De reliquis cautè, de Principe religiosè.

IN MOMVM.

DE *culpis iterùm, de moribus ergo ſiniſtris*
Eſt reddenda mihi ratio? nũquámne licebit
Grati operis felici incude ac follibus uti?
Semper ego multis odio? tanti metra? Votis
Hæc intacta meis, cum molitore frequenti
Proteſtor; precibus qui ſollicitauit & auro
Grandius officium, quod deteſtatur adeptus,
In curas veluti, Rege exorante, coactus.

Iam

Iam tempus, ſurge ac propera, Mome, ocyùs vrge,
Jamtempus: cerebri quia Muſicus, atque Poëta,
Magnâ parte caret: conceſſâ parte minutis
Hic merſus ſtudijs, nugas circumligat arte:
Dum ſapit, inſanit; mera, ſi mentita, Thalia:
Et maledicendo placet, & liuore niteſcit.
Hinc deſpecta iacet (nam & rebus inutilis) amplis
Et ſuſpecta focis. Scitè. Sed te volo paucis,
Magne vir, & magnis iam dudum exercite rebus,
Cui nihil obſcurum; vulgo potiora medullis
Exagitans, acie penetrans per opaca Gebennæ;
Plurima concipiens dextro conamina voto,
Ponderibus librate tuis; nobis ades vnde,
Tantus Ariſtarchus? perueſtigare colores
Cæcum? ridiculum: quæ ſupra nos, nihil ad nos:
An quia Romanis noſti triuialia verbis
Jnterdum garrire, quibus traducitur vxor,
Et cerdo, aſſumes tibi quidquam in carmine iuris,
Quod malè comprendis? vel ſi recitaueris vmquam,
Tityre tu patulæ, *credas te fonte lauatum*
Pegaſeo, Daphnéſque ſtatim diademate dignum?
Falleris, & neſcis, bone vir; tibi Corus, & Auſter,
Cum Jano Cunina, Venus, Rhamnuſia, Iuno,
Spondent fortunatam animam, tumidóſque nepotes:

Nos nihil hic contrà: fruere; vtere Nestoris annis:
Per nos ista licent: liceat sine felle vicissim
Mi vigilare meis: nulla est decisio gustus:
Si qua argutiolis mendosè colligis, in te
Torta puta; nam penna procax: vindicta Poëtas
Destituet numquam; quibus in dicteria vulgi,
Indefessa patent armamentaria Cæli.
Non ego, quæ pluteum cædant vnguésq; fatigent,
Affecto studia, aut mihi quæ malesana capillos
Præcipitent canos: fugio tantùm otia; solus
Ne cogar numerare meos, per mœnia, passus.
Suades vt stertam? num Drusus pandiculabor,
Cùm superest tempus? Cùm te vesanior ardor
Prostibulæ, ad cyathos cùm te rapit improba Siren;
Posse obturatis secedere sensibus, ánne
Esse putas parui, secura ad ludicra Musæ?
Nunc sacra, & alternâ nunc voluere mente profana,
Formatura animum rebus maioribus ortum?
Blandiculis rapior studijs; pernicia libris,
Vt caput infirmem, vt nephritidi acuta podagra,
Aut phthisis exanimet corpus coniuncta pusillum,
Nequidquam inculces. His tu nisi mitior agnâ,
Strictiùs insurgam; vel te memorabo recenti
Codice cum multis quorum triscurria norunt

Con-

Conducti vigiles, caupones, pharmacopolæ,
Et genus hoc hominum cùm se simulando Cleanthi
Affectant similes & moribus immaculatos,
Sobria qui crepitant, sed Bacchanalia viuunt:
Castigant alios, audent abnormia; verbis
Sunt admirandi, nulla at reuerentia factis:
Exteriora colunt, animus cœnosior ipso
Augiæ stabulo. Si me reprehendis, vt ipsum
Momorum Momum, rationibus argue apertis;
Respondebo palàm. Sed quid? si conuenit apris
Inter se, sauis & tigribus, ac leopardis;
Quin pacem æternam exercemus, fœdere tali:
Te ponam anticâ, posticâ me, sino, sculpas;
Idq́ numisma locet capsæ antiquarius aureæ:
Vtq́ nouum, est dextrũ, minùs hoc flocci valiturum.
Riseris hæc sodes, promissos versibus atris
Innectam laqueos, & agam te in fata Lycambæ.

AD PHILIPPVM HAPPARTIVM CORBECAE DOMINVM, IN ANTIBRABANTVM.

NON *feram in æternum conciuibus impro-*
perari
Sordes: dißimulet, qui vult, dignißimus vrbe
Bargomo adulator, proprio discrimine; ego non.
Ergo Brabantinos, multorum scandalo, ineptè
Qui oppugnas, nugis armatus, despicis vrbes,
Pondere multorum quas primas credimus orbis;
Inter præcipuas saltem mihi nemo negarit;
Concute monstrosum pectus: tua dicta retracta,
Actutùm aut defende: illißis cornibus omne
Eruitur verum, & mendacia conuincuntur.
Viles, abiectos dicis nos esse Brabantos:
Subnectis causas; quoniam quamplurima nobis
Ventosâ in linguâ, non responsemus agendis:
Pauci cordati, pauci afficiantur amicis,
Pauci inopinatò iubeant accumbere mensis:
Ampullæ iaculatores, multiq; Thrasones,
Si benè Mercurius quis fortunauerit horam:

Hinc

Hinc neque qui dederint, nec magna exempla daturos,
Inter eos numero reperiri colligis: addis,
Omnibus hoc lippis notum & tonsoribus esse,
Plurimaq́ incauto conuitia prodigis ore.
Quis se contineat, quem nunc piget esse Poëtam?
Num fundamenti, num quid rationis in istis?
Num vero simile est quidquam? ridenda negabit
Omnibus hæc terris quæ sunt à Gadibus vsque
Auroram & Gangem quisquam, cui caussa repressa
Iure Brabantino; vel, qui natus velut extrà,
Munere præcipuo, Patriâ insurgente, remotus?
Non certabo odijs; non vllam pressero gentem,
Committam aut trutinæ; quæuis collatio torquet.
Oppressam liceat matrem defendere, quouis
Iudice Tiresiâ; pius est qui vindicat illam.
Quattuor, vt primas, Prouincia computat vrbes:
Louanium, Bruxella, Antuerpia, Siluaducalis,
Præsidia hæ reliquis: videamus partibus illis,
Quid reprehendetur, vel quid laudabitur æquè.
Louanium antiquâ quàm relligione fideq́
Principibus deuota suis: quibus artibus olim
Floruit, & pannis (nunc gloria lauta Britannis)
Nequidquam memorem. paucis: pietatis amore
Tempora continuat; sacris textoribus aucta

 Ful-

Fulget, & ingenuæ cesſit ditisſima praxi.
Ergo per extremas Academia cognita terras:
Cognita, nec ſatis eſt, doctum caput extulit inter
Oxonium, Aurelias, Jtalas, reliquáſq; Sorores.
Haud ignota loquor: non vlla eſt læſio Gallis;
Nulla vel Heſperiæ, vel ſancta iniuria Romæ.
Non ago de ſacris, penetrant qui dogmata, Myſtis,
Quos ſub Apoſtolico concordes credimus axe,
Et teneo eſſe pares, ſicut Deus omnibus idem:
Fas mihi ferre viros, ſtudijsq; inſiſtere Juris;
Iuris, tot ſpatijs quæ tam celeberrima vidi,
Et quorum pars parua fui: contendere quiſquam
Audeat, aut leuibus rationem inflectere curis?
Sex inter reliquos ex ordine pono Legentes,
Antéqueceſſores binos: quis ſcripta virorum
Explicet, aut mores valeat cantare ſerenos?
Regia ſubſequitur ſeries non inuida primis:
Ordo vetuſtatis fundamentalis honoris.
Sunt alij arte pares multi, quibus æmula virtus
Sæpè perexiguam interrumpit nocte quietem.
Pars ſolet aſsiduis iuuenes (res prompta) diebus
Exercere domi: conuictibus altera præſunt.
Tertia, dum vacat à ſtudijs, æſtate lacunas
Supplet, & in primis viget expectata cathedris,

Ne

Ne quis ab officio cesset calor: ultima, fixo
Quos doctoralis recreat sine munere abolla;
Et beat incessus, citra, grauis, omina lucri.
Horum fama uagum latè dispersa per orbem,
Ex omni florem corrasit parte iuuenta:
Nam uariis bacchata locis, & in extima uasit
Littora Dalmatiæ: nusquam cita uirgo pepercit
Remigio alarum, aut urbis celauit honorem:
Jamq́; uolat, rigidasq́; gelu cita transiit Alpes,
Rursum Apenninum; tum qua iuga sacra Calabrûm
Oenotria coluere Deæ: inde Typhoidos Ætnæ,
Faunis ac Satyris, fumosa cacumina, sedes:
Puteolos, iuxtáque lacus graueolentis Auerni;
Cryptica Pausilipi, æterniq́; sepulchra Maronis,
Et Sannazarij diuina palatia Vatis;
Ad tua Parthenope, ad sacraria sana Salerni;
Romuleos colles, Papiam, atque Antenoris urbem.
Occupat Jtaliam: tendit Rubiconis ad oras,
Et Rhodani dubias undas, & Sequana rura,
Gallorum eripiens Gallis ardore palæstras.
Hæc quoque Sarmaticas pridem persuasit ad urbes,
Teutonicosq́; sinus, paßimq́; incendit amore
Præcipuos Regni pueros; uenerabile uicit
Gymnasiũ, & patrũ & pauidûm retinacula matrum.

Hanc

Hanc vt continuo generosa Hispania tractu
Suscipit, Austrasia & regnum sociabile Musis
Belligeróque Deo; primùm ludibria ventis
Tradit, & ad Procerum recitatur fabula mensas,
Non audita priùs: sed testificantur abundè,
Parnassi reduces qui Louaniensis alumni.
Hinc citò Londinum, quo vento nescio, sese
Fert numen pelago: & quamuis, à pluribus annis,
Non benè Belgarum cum Musis cõuenit Anglis,
Inclinant tamen, & famæ grauitate feruntur
Louanium; Laribúsque, Petri creuere Penates.
Per Batauûm velox tandem Dea diditur ora:
Extemplò (lapidans audit male Gallia nummos)
Expediunt tenui assuetos per flumina natos:
Nuntia Dux iuuenum, communi instructa canistro,
Maternas repetit, rauca inter prandia, leges.
Commoda quanta simul! si non Romana moretur
Relligio; tantas nequaquam cespite naues,
Præteritis annis, (rarò his quia ligna vetamus)
Viderimus, pueris quot suppeditaret onustas
Lassatus bello populus. Quid cetera narrem?
Aeolus amoto varios quàm diuidit antro,
Diuersósque vagis innectit fluctibus Euros,
Tam variâ varÿs concurrunt parte loquelis

Illustres

Illustres iuuenes, Patria quos moribus ornat
Patria nobilitas, & spes maturior annis.
Impedit introitus, hac auditoria pubes
Angustis reddit spatijs, acuítque Magistros
Sibila præpediant, occurrant pulsibus æquis:
Disputat externis, si quando meta, stupori;
Et repetit vires vltra sortémque iuuentæ.
Quid mage prætendas? externa encomia dicas?
Debita sed nostris: terráque maríque vehuntur,
Deueniúntque locos tot Prælectoribus amplos,
Magnanimi iuuenes. Si partibus vrget egestas
Conspicuis, præstat dominos Academia Legum,
Qui doceant, stringant, soluant ænigmata Iuris,
Verbáque discutiant, ars quæ confundit in arte.
Par est de reliquis, quos non complector eodem
Versiculo; sacris diuina volumina nobis
Qui reserant studijs; qui restaurare medelis
Experti, ante alios, languentia corpora tabo;
Quíq; Mathematicâ egregij; qui posteritati
Gnauiter historijs commendant prælia Regum.
His cole Louanium. Sit & hoc mirabile dictu:
Aethera doctrinam, ceu mella fragrantia, spirat:
Hic ancillarum Romanis cantio verbis
Pensa trahit; famuli studijs datur hora; Latinè

Quæ didicit virgo, non tuta à matre, procari,
Et puer infanti vagit Latialia voce:
Psittacus antiqui χαῖρε obliuiscitur: altum
Facundis reboare modis armenta videntur.
Quid Bruxella potens & fonte & colle feraci,
Aëre præpuro, Ducibus placidissima sedes?
Quam Pius Albertus, Carolo cùm Cæsare quondam,
Prætulit Imperio? quid habet diuersi-que-linguis
Incola? Nobilitas, quæ tantâ aut nascitur Aulâ,
In quo displiceat? Visn' me numerare Dynastas
Temporis antiqui? Carolósque, Ducésque Philippos,
Patriciorum armis populos superasse feroces,
Et serie Annales multarum euoluere rerum?
Nunc varios, Regis, missósque ad Cæsaris hostes,
Res quibus incolumis stetit, & victoria læta?
Nunc, qui præsideant, Legati nomine, rebus
Principis, & patriæ; quorum virtutibus omnes
Belgæ & consilio multum debemus ad vnum?
Vnde mihi calami? Pro me toto orbe loquantur,
Qui semel externâ terram hanc tetigere carinâ,
Italus, Hispanus, Thrax, Sarmata, Maurus,
Achaius,
Anglus, & insignes Bruxellæ more Batauì,
Tempore ab Inducijs: pro me stent atria Regum,
Aulæis

Aulais instructa suis, quæ plurima magno,
Grande lucraturus, mercator comparat auro
Vrbe istâ, nihil efficiens si aliunde petantur.
Blandiri indocilis, maiorum transeo laudes:
Numquid & à pueris famam trahit? Ecce, videntur
De meliore luto formati, quàm reliqui sint
Belgarum geniti; viuaces, atque dicaces
Cum sale, maturi, quâ adferre ætate sinapi
Matre iubente solent alibi panémque iuuenci:
Quippe studet soboli, sobolem Bruxella parentum
Nequidquam inclinat studijs. Lex summa Lycurgi.
Ad strictum examen ducenda Antuerpia, diues.
Aere, situ, fabricâ, famâ, populóque benigno;
Qui colit externos, si quis colit: &, breuis vt sim,
Vis dicam prope vera? faue; virtute priorem,
Te neque me, credo, terram vidisse, nec esse.
Inuenies mores hac vrbe vtrimque reductos,
Si benè sedatus trutines: si non mihi credens
Consulis externos, plenis damnere cachinnis:
Hoc Italus sapit, hoc gladio defendet Iberus,
Et quos immunes amplectimur vrbis honore,
Nullius exemplo, quauis paritate, vel infra,
Ciuibus externos præponimus. ilicet vllis
Partibus inuenias. Te nemo accumbere iußit

Secum inopinatò? quid possum? iniuria casus;
Casus vbique valet. Paucis aperire licebit
Delicias nostras. Nil tam procliue, fatendum,
Nobiscum dicto hoc; Hodie prandebimus vnà.
At sumptu exiguo: consueta diaria nemo
Despicit; inuehimur, qua nullum pauperet, esca:
Felicem se quisque putat cui contigit esse
Conuiuatorem. Moderamina Zelotypia
Inuenta; & crebrò patinam decernimus vni-
Cuique suam, & modicũ proprio de vase Falernum,
Quo neque cerritos videas, Bromióve reuulsos,
Sumptibus immodicis nec quis prætexat agendum.
Copia fabellis, non detrectando, facetis:
Nunc sale consparsi risus, nunc seria ludis
Nectimus, atque animos multâ virtute ciemus:
Sorte locus; nec cura, cui aut quâ parte ministres.
Ordo bibendo, sitis: famuli communiter adstant:
Praestò aqua: fert rarò cyathos turgere puellis.
Cras valeas, strepitet socrus nec murmuret vxor.
Est qui, sed nitidis, fuerit gratissimus hillis;
Aut verucinâ, paulò antè superstite, ofellâ;
Aut facili cremio, selino, bulbóve salito,
Ficubus, asparagis, aluit quos Tassius horto
Sollicito; aut vernâ, Ionâ indignante, placentâ.

Non

Non vllum pretium pretio; sed mutuus vsus.
Ventre nihil frugalius est, naturáq; paucis
Contenta: est potior petasunculus inter amicos,
Quàm sunt mille dapes, si cogar rodere solus.
Viuitur hoc alibi ritu? te iudice vincam.
Nil mihi concedas; nulla ornamenta Poëta:
Iugiter in nostrâ certum est sic viuitur vrbe.
Imò, quod & magis est, Momi sunt temporis huius,
Qui vertant vitio, nimiúmq; frequentia dicant
Prandia amicorum, sint dilutißima quamuis,
Moribus innixi: quos audiuere parentum,
Atque suis; nullo distincto tempore & vsu;
Vel, quia nil rectum, nisi quod faciunt, sibi ducunt;
Vel, quia turpe sequi rentur laudando minores,
Semiuiri, vilesq; animi, queis femina mas est.
Hos inquam insulso potes adnumerare popello,
Queis per transennam cultis natura locauit
Debile iudicium: secùs at pars optima paßim
Sustinet, & vitam extollit ratione beatam.
Ne tamen ista notes, censor, spumantibus inter
Visceribus iuuenes: sunt qui videre abeuntem
Principio Auraicum, violatáq; numina templis,
Et Male-contentos, lacrymabilis omina belli,
Quorum consilio vir consultißimus audet

Judicium frænare suum, veniamq́ misellis,
Atque importuno damnum accelerare tyranno:
Quippe senes animo iuuenes, iuuenésq́ seniles
Conueniunt, citra maculam, sine crimine vitæ.
Quorsum hæc? vt laxes animos, vt grandia præstes
Successiuâ horâ. Cur non? vt cuique libido,
Poscit inæquales calices; citò, tardiùs; album,
Nigrum; exile, potens; lymphatum, vel sine fonte,
Seu glacie rigidum, seu naturale Falernum.
Aurea libertas: communia symbola nobis
Sunt cum Lucanis. Trullas quisquam imperet amplas;
Gaudeo, quòd sapiant: oblatas Galba recuset;
Gaudeo, quòd proprijs dignetur legibus vti,
Ad placitum non alterius conuiua rogatus.
Nullius expectes cyathos, sine lege propines.
Hîc neque formides surgentes nocte vapores,
Nec stomachi ructus, capitísve grauedinem: abimus
Quisque domum, ceu quisque domo sese extulit; apti
Quisque suis studijs, vel saltem ad carmina proni.
Si grauis Autumnus, timet & quis febriculosus
Sumere QVID PRO QVO, *curabitur arte sodalis:*
Vin' hodie mecum? placet. Heus puer, indica Achati
Viuere nos vnà: veniat: simul adfore Codrum,
Quem videt obliquo instantem. præsagus at ille
Expe-

Expedit adiunctos, & congreditur: via præbet
Pamphilum inoffensum, queritur minùs ille vocatum
Iri se; Ast veniam mox, inquit. Portio nuda est.
Si qua domi, accersam. Ridentes cernit ab alto
Ante ædes Croalus: nihil hîc: iubet ocyùs offam,
Et quod habet priui, patina immiscerier ampla:
Pergit eò rectà, quò conspicit ire sodales:
Intrat, præmisso famulo. Benè veneritis, qui
Hæc portaueritis, conclamat tota caterua.
Heus lympham, pueri, sumus omnes: nec mora; fusi
In cute curandâ, paullum vltra tendimus horam:
Garrimus, canimus, gelasinum ducimus, omnis
Corrugata procul frons, & sarcasma; iocundè,
Quò decet, & paruo, fratres habitamus in vnum.
Mittuntur famuli actutùm, si sub rosâ ad vsus
Fabula quando hominum, ne verbum eliminet vllus.
Viuimus ex animo, vt lepidissimi homunculi. Habésne
Quid contrà? inuideas, credo, si liuidulus sis.
Bilis amara perit; deserta taberna magistri
Ioannis; vana ridentur Pæonis artes.
Quæ tanti grauitas? quæ vita beatior? aut non
Plus aloës quàm mellis habet, si mutua desit
Gratia, cultus, amor, seu conuersatio læta?
Extra hanc vrbem talis vita? audacter in illam
Con-

Conspirare solet, cui non patuere recessus.
Progredior. Silua de virginitate Ducalis,
Et populi genio, vigilanti industriâ, abunde
Ex tabulis nouitatis Hagâ tunc collige missis,
Quæ licet effari, temeraria quando libido,
Ad stuprum velut, (at frustrà) stimulauerat hostem
Vrbis ad insidias. Quis aperto Marte? fidelis
Consul vbi Cicero, ciues vbi Scæuola, Cocles,
Scauri; suppetias fert satrapa nobilis armis.
Campani antiqui Belgæ, fideique tenaces
Et veteris ritus; gaudent abacóque minuto,
Atque focis breuibus; patrijs idiomate, victu,
Velleribúsque graues: quales argentea proles
Temporibus primis, nondum cùm sæua cupido
Miscuerat linguas hominum, nec byssina crura
Atratis dederat plantis, nec sarcina ponto
Vina, Venafrano nec salmo natarat oliuo
Battauicus. Tractu hoc, quin Siluis natus ijsdem
Romanæ Synodi Cardo Enquenoortius olim
Eximius; lux Berchemio non parua nepoti,
Atque tuo, Happarti: cælo hoc Vladeraccius ortus,
Et Macropedius; quorum virtutibus audet,
Si quisquam & meritis crocitare, insaniat Euro
Barbarus, & nocuis sibi verberet æthera telis.
Felices

Felices nimiùm Siluæ, vereq́ Ducales,
Carpophoro frutice illustres: queis Daunia cedit,
Et Nemee Arcadiæ, spiransq́ oracula quercu
Dodona, & quâ se Grynæus iactat Apollo:
Quippe profanatis diuersâ parte columbis,
Numinibúsque Deûm, celebrat vos purior ales,
Spiritus ille Iouis veri: sincerior inquam
Delius, & superûm certus commendat aruspex.
Municipes vrbis, viuentes rure tacebo,
Qui saturant latè pretij tolerabilis orbem
Circumuicinum venatu, lacte, farinâ,
Pullo Brugensi nil concedente spadoni,
Aut quos pollicitis deserta Valentia magnis
Allicit agricolas? His experientia rerum,
Nec tremere aduersis, nec luxuriare secundis,
Multa dedit: medio tellus his vertitur hoste,
Accinctis animo & gladijs, in vtrumq́ paratis,
Aut seruare suos, aut certa occumbere morti.
Si tamen indomito spolientur milite, quondam
Defensore suo, (digito quoque noster adunco)
Aut veriti peiora, fuga si terga dedere,
Nil, here, desperes: popularit cetera Mauors;
Restet in ædiculâ bos vnicus, vna superstes
Gallina ærumnis, gallo mordenda marito

Vicini, potis est auersum Numen aratro
Flectere, turbatos & conciliare penates.
His bona pars hominũ, quos vrbibus occupat Hermes,
Filiolos magni heredes committit alendos.
Formandosq́; loci genio; sincera petuntur
Pectora seruorum hinc, sudatricésq; culinâ
Ancillæ; quin accurata & sedula coniux:
Oeconomia etenim se dedit ephebia totam
Campana, & corti supereminet Ilia lauti
Filia, & illustris proauorum sanguine gaudet
Girgillo & calathis: quin despumare lebetes,
Et farcire capos, & perfumare suillam,
Et mulsum linere, & tuceta & salgama, ruris
Gaudia, saxifragas solita & condire genistas,
Audet callosas famulis protendere palmas.
Quas veneres habeat, didicisti aretaloge ad vnguẽ,
Patria nostrorum: quàm candida vita Brabantis,
Et mite ingenium, quàm multi ex asse periti,
Quàm validi, & calidi, quâ libertate, lepore,
Degitur & studio; quàm sint communia amicis
Prandia; quæ pueris, quæ sit natura puellis:
Acribus exemplis te clusi: desine posthac
Conciues lacerare meos; plures vel habebis
Iuratos in te calamos, quàm Porsena tela.

Hæc

Hac licet exagitent multâ caligine mentem
Somnia; missa tamen per limina cornea credam,
Euentura semel, si iusto fila Sorores
Aequa trahant penso: nam vt ruri plurima desint,
Quorum longa domi scateat vicinia; malo,
Malo Frepontino descendere flumine ad vrbem,
Tempore oportuno, Brontis Steropisq́; nepotum,
Si sit opus libri (Bon abiuit) siccus asellus,
Saccarum, oliua, piper, sal, vinum, pannus, emantur,
Copia abundanti & tenues extendere nummos
(Cùm penes inueniam reliquum me quo benè viuam,
Liber & à fastu, quo anima & corpusculo habebo
Quod satis est, oculis paucis imitabilis) vltra
Iura facultatis quàm, sic praeeunte sodale,
Si cupio esse aliquis, cogi limare paternas
Res, tandem natis pretio bellare coactis
Vrbe meâ; rerum siue incrementa mearum
A Maiâ genito spectare, mariq́; vagari
Multis nominibus, versuris cautus iniquis,
Colluuie aut mercis multâ aruscare, & edaci
Collybo, & aßiduo discrimine viuere fama,
Ceu nos quotidie docet experientia, nuper
Et vidisse potes: non sunt secura lucello
Tempora Rossemij, cùm verbis verba ligaret

Simplicitas hominum, ſignaret nota colore
Tibia ephemeridas; Hymenæus neſcius auri;
Cæſaribus vitulus, repetitâ pelle, dabatur,
Aut manica Tyriæ bombycis, ad vrbis honorem:
Tunc centum dos clara; dato ſuper aſſe quadrante,
Belgica prandebat tunc luxurioſa iuuentus.
Nunc quò te vertas? carò ſtant omnia; frugi
Vita grauis: vendas cheirographa: gaudia natæ
Millibus accelerat genitrix, ne palleat ægrè
Deformis, natiq; rotis ſufflamina ſuffert.
Sit placidus Cæſar, ridebit paruula Mauors.
Vndique fraus, dolus, & fallax iniuria; homo nunc
Eſt homini lupus. Ignoras quæ cauſa malorum?
Ditari volumus ſine tempore, ſorte, labore.
Intereà, quò firma fides, habitatio grandis,
Rheda in veſtibulis, titulis inſignia clarent;
Et ſplendens abaco argenti numeroſa ſupellex,
Byſsina Bruxellæ contexta tapetia; & inter,
Rubbenij pretioſa manus, pulcherrima Flori:
Ac velut exhauſtâ ſcaturiret nummulus arcâ,
Ceu Fortunati loculis, fundúſq; quotannis
Accideret cenſu, vita eſt ſine ſuſpicione
Inſtantis poſt terga mali. Indignatio nulla
Incurrenda mihi; nam res eſt clara. Quid ad te?

Fortè

Hæc satis ad iuuenem, nobis quem fama dolentem
Tradidit erroris. Tibi si fortasse videbor
Mitior offensis, Happarti, ignosce benigno.
Gloria non minor est, quàm vlcisci, parcere, si sit
Debilitas error, seu veri inscitia fratris.

AD

PHILIPPVM BOSCHIVM
MAESDAMI DOMINVM.

ÆVI NOSTRI INFELICITAS.

SIVE, *quòd amoto te Consule, chare Philippe,*
Sæpè suburbanum considero rusticum, inemptis
Viuere delicijs, & luxuriare spadone
Corte tuâ nato; hîc tendentem retia, marrâ hîc
Tundentem; hîc lupuli intentum salientis aceruis,
Mox oculatori, messoribus, atque bubulcis
A sulco & prato redeuntibus; areolis nunc
Discernentem olus à medicis & olentibus herbis:
Siue quòd in strepitu genus hoc miserabile vitæ
Vlteriùs nequeam non fastidire, quietis
Sectator solidus; quia quidquid in vrbe vel orbe

Conspirare solet, cui non patuere recessus.
Progredior. Silua de virginitate Ducalis,
Et populi genio, vigilanti industriâ, abundè
Ex tabulis nouitatis Hagâ tunc collige missis,
Quæ licet effari, temeraria quando libido,
Ad stuprum velut, (at frustrà) stimulauerat hostem
Vrbis ad insidias. Quis aperto Marte? fidelis
Consul vbi Cicero, ciues vbi Scæuola, Cocles,
Scauri; suppetias fert satrapa nobilis armis.
Campani antiqui Belgæ, fideíque tenaces
Et veteris ritus; gaudent abacóque minuto,
Atque focis breuibus; patrijs idiomate, victu,
Velleribúsque graues: quales argentea proles
Temporibus primis, nondum cùm sana cupido
Miscuerat linguas hominum, nec byssina crura
Atratis dederat plantis, nec sarcina ponto
Vina, Venafrano nec salmo natarat oliuo
Battauicus. Tractu hoc, quin Siluis natus ijsdem
Romanæ Synodi Cardo Enqueuoortius olim
Eximius; lux Berchemio non parua nepoti,
Atque tuo, Happarti: cælo hoc Vladeraccius ortus,
Et Macropedius; quorum virtutibus audet,
Si quisquam & meritis crocitare, insaniat Euro
Barbarus, & nocuis sibi verberet æthera telis.

Felices

Felices nimiùm Siluæ, verèq́ Ducales,
Carpophoro frutice illustres: queîs Daunia cedit,
Et Nemee Arcadiæ, spiransq́ oracula quercu
Dodona, & quâ se Grynæus iactat Apollo:
Quippe profanatis diuersâ parte columbis,
Numinibúsque Deûm, celebrat vos purior ales,
Spiritus ille Iouis veri: sincerior inquam
Delius, & superûm certus commendat aruspex.
Municipes vrbis, viuentes rure tacebo,
Qui saturant latè pretij tolerabilis orbem
Circumuicinum venatu, lacte, farinâ,
Pullo Brugensi nil concedente spadoni,
Aut quos pollicitis deserta Valentia magnis
Allicit agricolas? His experientia rerum,
Nec tremere aduersis, nec luxuriare secundis,
Multa dedit: medio tellus his vertitur hoste,
Accinctis animo & gladijs, in vtrumq́ paratis,
Aut seruare suos, aut certa occumbere morti.
Si tamen indomito spolientur milite, quondam
Defensore suo, (digito quoque noster adunco)
Aut veriti peiora, fuga si terga dedere;
Nil, here, desperes: popularit cetera Mauors;
Restet in ædiculâ bos vnicus, vna superstes
Gallina ærumnis, gallo mordenda marito

D Vici-

Vicini, potis est auersum Numen aratro
Flectere, turbatos & conciliare penates.
His bona pars hominũ, quos vrbibus occupat Hermes,
Filiolos magni heredes committit alendos.
Formandosq́; loci genio; sincera petuntur
Pectora seruorum hinc, sudatricésq; culinâ
Ancillæ; quin accurata & sedula coniux:
Oeconomiæ etenim se dedit ephebia totam
Campana, & corti supereminet filia lauti
Filia, & illustris proauorum sanguine gaudet
Girgillo & calathis: quin despumare lebetes,
Et farcire capos, & perfumare suillam,
Et mulsum linere, & tuceta & salgama, ruris
Gaudia, saxifragas solita & condire genistas,
Audet callosas famulis protendere palmas.
Quas veneres habeat, didicisti aretaloge ad vnguẽ,
Patria nostrorum: quàm candida vita Brabantis,
Et mite ingenium; quàm multi ex asse periti,
Quàm validi, & calidi; quâ libertate, lepore,
Degitur & studio; quàm sint communia amicis
Prandia; quæ pueris, quæ sit natura puellis:
Acribus exemplis te clusi: desine posthac
Conciues lacerare meos; plures vel habebis
Iuratos in te calamos, quàm Porsena tela.

Hæc

Hac licet exagitent multâ caligine mentem
Somnia; missa tamen per limina cornea credam,
Euentura semel, si iusto fila Sorores
Aequa trahant penso: nam vt ruri plurima desint,
Quorum longa domi scateat vicinia; malo,
Malo Frepontino descendere flumine ad vrbem,
Tempore oportuno, Brontis Steropisq́ nepotum,
Si sit opus libri (Bon abiuit) siccus asellus,
Saccarum, oliua, piper, sal, vinum, pannus, emantur,
Copia abundanti & tenues extendere nummos
(Cùm penes inueniam reliquum me quo benè viuam,
Liber & à fastu, quo anima & corpusculo habebo
Quod satis est, oculis paucis imitabilis) vltra
Iura facultatis quàm, sic praeunte sodale,
Si cupio esse aliquis, cogi limare paternas
Res, tandem natis pretio bellare coactis
Vrbe meâ; rerum siue incrementa mearum
A Maiâ genito spectare, mariq́ vagari
Multis nominibus, versuris cautus iniquis,
Colluuie aut mercis multâ aeruscare, & edaci
Collybo, & assiduo discrimine viuere fama,
Ceu nos quotidie docet experientia, nuper
Et vidisse potes: non sunt secura lucello
Tempora Rossemij, cùm verbis verba ligaret

Hæc ſatis ad iuuenem, nobis quem fama dolentem
Tradidit erroris. Tibi ſi fortaſſe videbor
Mitior offenſis, Happarti, ignoſce benigno.
Gloria non minor eſt, quàm vlciſci, parcere, ſi ſit
Debilitas error, ſeu veri inſcitia fratris.

AD
PHILIPPVM BOSCHIVM
MAESDAMI DOMINVM.

ÆVI NOSTRI INFELICITAS.

SIVE, *quòd amoto te Conſule, chare Philippe,*
Sæpè ſuburbanum conſidero ruſticum, inemptis
Viuere delicijs, & luxuriare ſpadone
Corte tuâ nato; hîc tendentem retia, marrâ hîc
Tundentem; hîc lupuli intentum ſalientis aceruis,
Mox oculatori, meſſoribus, atque bubulcis
A ſulco & prato redeuntibus; areolis nunc
Diſcernentem olus à medicis & olentibus herbis:
Siue quòd in ſtrepitu genus hoc miſerabile vitæ
Vlteriùs nequeam non faſtidire, quietis
Sectator ſolidus; quia quidquid in vrbe vel orbe

Futile comperiam, vanúmque, & vilius algâ;
Egressum patriâ me somnio montibus istis
Degere, sanificos quibus obuallauit aquarum
Spadanos fontes cum patre Asclepius, atram &
Ascensu superare quibus bilem obtinet ager
Strennuè ab alterutrâ potus primi ordinis vndâ.
Distinguo latis, te multa probante, iocosum
Arbitrium spatijs: habitare cuniculus antris
Hîc valet incisis: hîc pascam armenta, capellas:
Hîc spatientur oues curta; myrtóque, thymóque,
Mille & odoratis distendant floribus armos:
Phasidis hoc saltu latet exquisitior ales
Innumerus volucri, trutta isto & gobio riuo,
Lucius hoc stagno, concessa alimenta bibenti.
Hac facilè emendes viuâ tria iugera calce,
Hac saturanda fimo, vel adusto cespite, margâ,
Aut alijs: aliquid tu interdum practicus addis,
Diminuis quidquam: placuit generatio equorum,
Si à Batauis coëmantur equa, coëantq; caballi
Arduenna validi; si prouidus inueniatur
Mangoq; sollicitus. Tu exactè pracipis arua
Pauca coli; tria vis rapis, siliquis, staphylinis
Conseri ab horticolis, sed iugera versa ligone,
Lautitias reputans dominis, & cortis alumnis.

Hac

Fortè tamen dicet quisquam ceruice retortâ;
Sutor non vltra crepidam. Tu cedere poßis
Ergo foro; tacitúsque crepem? Respondeo: Perdo;
Indignor meritò: si perdere nolo, quid ad te?
Decoque, conturba, fac nomina, solue, resolue,
Dummodò de proprio, nihil ad me; rideo: si me
Siue meos deceperis, exclamabo; nec ipse
Muteat Harpocrates magnâ indignante Lauernâ.
Abstulerint octo, plectentur morte misellí;
Vix reprehendetur, qui centum millia? Dispar
Est ratio, titulis distinctio. Iupiter audin'!
Te ludunt homines: tuq; optime forsitan aies,
Humanum est labi. Fateor, miseranda parumper
Sors nonnullorum, qui tempestate coacti,
Non fallunt animo, exhibitis iusto ordine libris;
Et mediâ aut quartâ decidere debita nixi,
Nil sibi, præterquam concessa alimenta, reseruant.
Furta decem meditata annis numerarier istis
Sustineas? causet manifesta rapina triumphos?
Cede loco; regno succedat filius Hermes:
Sume patris posito falcem diademate agrestem.
Quis taurum, quis thura? Iouis quis numen adoret
Præterea? meliùs, qui nouit condere furta,
Lucrificâ bouis atrati me proteget arâ,

Moli-

Molitorem agilem, contemptorémq; profanæ
Iustitiæ; timidè quàm mittens fulmina, queis se
Contineant homines. Fallor. Subsistite Musæ:
Cur Iouis irritem clementia numina? cuius,
Vt lenta, ira grauis: cùm spem, quam fouit, inanem
Reddimus; emendanda & spreta piacula vitæ.
Quod differtur, non aufertur: gratia cælo,
Dum tempus; rigidæ sed nulla obliuio culpæ:
De minimis dabitur ratio. Credísne? quid ergo
Aurea Pactoli ramenta datura Tagique,
Diuitiæq; maris, cùm te Libitina Charontis
Constituet conto, Rhadamanti ad triste vehendum
Iudicium, pretijs & inexorabile fatum?
Quò te circumages producto codice, pleno
Crimine caudato, & prostantibus orbe puellis;
Discinctis senibus, pupillis, matribus, orbis
Falso errore tuo? quæ rosio vulturis atri
Iusta renascenti poterit succedere cordi?
Quid rota, quid saxum? attonitas committite frontes
O Quæsitores, atque insudate catastæ.
A diuerticulo repetamus rustica: nemo
Inclinare hominum valuit deliria; cælum
Proditur, vtile si positum; silicesq; iocosi
Aglauri, & Batti; vix subterranea terrent.
Fortu-

Fortuna exultans virtutis buccina: nempe,
Reddere cuique suum, humana & diuina iubet lex;
Nequitiæ est reliquum: simul ac depressa, sacrarum
Interpres legum. Cur non se præferat vxor?
Sinceram en dotem, creditricesq́ue tabellas.
Quid potuit soboles? qui fidit, schemata sciuit
Ista fori, & lucris innexa pericula. Viuam
Irus & infamis? quis suaserit? integritatis
Soluere, quod superest, spectata, commoditati.
Aptantur leges, pauci se legibus aptant.
Hæc vafris quadrant animis; qui non habet vnde,
Non dabit; amißi sine spe, sine viribus ira.
His ego si refero mea somnia; credo beatum
Solum, cui modico dedit imperterrita censu
Liber & alma Ceres: sterili nunc viuit aristâ;
Mox dilatabit fecundis horrea spicis,
Meßibus appropriens mensas, lodicibus arcens
Si quid curarum voluit superesse Minerua.
Hic benè percussum textoris pectine pannum
Gestat, & incultâ campos percurrit alutâ,
Aßiduus comes agricolis; stimulatus orexi,
Altis rure suo & costis incumbit aprugnis,
Vrbis ad inuidiam: si pro perdice columbus,
Mirificè sapit, & nutrit; gratumq́ue minutal

Sana fames: velut experti nos vallibus istis,
Quas mihi delegi cum montibus, incipienti
Velle frui tandem naturæ dotibus, & Dîs.
Vita beata hæc est: certent Aquilonibus Austri,
Vix maris apprendit fluctus, vix somnia turbant.
Postulet hîc aliquis, Cur deuia, & horrida saxis,
Præfero Campanis? respondeo, Fontis ob vsum.
Postulet vlteriùs; respondeo, Curre, videbis.

AD CAROLVM TASSIVM.
MODVS CONVIVIORVM.

NON *infra Charites, non vltra, prouida, Musas,*
Atque pares paribus, facili iunxere vetustas
Mensâ: prototypo cur nos discedimus vnguem?
Vt, qui deposito dant centum millia, grandes
Ostentent animos? euitent inter amicos
Nomen auaritiæ? res non succedet: apertum est
Immoderata strui dicis conuiuia caussâ,
Non ratione sacri affectus: nam queis semel vno
Angelus & toto seruit Cornelius anno,
Vltra mensuram effusis; latitanter auari,

Et

Et reliquo ſicci ſpatio cùm ſordidè alantur,
Alterutrum impingunt cornu: altercatio nulla eſt,
In medio conſiſtit virtus. Dixeris ergo,
Multiplicent vt cum perſonis gaudia. & illud
Obtineat minimum; numero confuſio nata.
Iudicij credam multos languere veterno,
Qui celebraturi niſi magna repotia, compti
Veſte Damaſcenâ, & crepidis crepitantibus, vllum
Non reputant epulum generoſo nomine dignum.
Quantum deflectant à vero tramite, Taſſi,
Oſtendam liquidò. Rigidè ſed poſtulet à me
Rhinoceros aliquis, cur hac farragine tantas
Implerim tabulas. Dicam. Si naſcitur infans,
Si moritur quiſquam, ſi fœdera; quando reuertit
Quis peregrè, aut vadit; certum quò ſpondeat vllus
Suffragium; grauius quò componatur obortum
Diſsidium; demum, quò doctior inueniatur
Louanij Fiſcus, menſis aſſueuimus: inde
Tormentum ingenio. ſub cælo viuimus vdo,
Indulget natura loci: diſſuaſero tantùm,
Intempeſtiuis quæ ſunt præpoſtera cœnis.
Copia materiæ verſus diſtendit hiulcos.
Ad rhombum. Obſcurâ premitur caligine, quiſquis
Prandia vel cœnas numeroſas ſoli Hymenæo

 Appo-

Appositas, vel quas admittit casibus vllis
Publica maiestas, priuatos torquet ad vsus,
Cùm meliùs posit: nam quid iuuat agglomerare
Optima siluarum, pelagíque, ac rostra ferarum
Vndiq; deauratis populo proponere crustis
Ante diem luxus, missus variare quaternos,
Queis constructor habet nil quod pretiosius addat;
Si conuiuarum se primus & vltimus optet
Iri vel potiùs casulis Hecaléſve madere
Conche perexiguâ, cum libertate iocóque
Irreprehensibili, quàm turribus ambitiosi
Consobrini inter certamina diuitiarum,
Queis, si possideat, si tritâ veste, notetur,
Ad nutum opprobrij fortuna sede locetur?
Ergo, quod est primum, sed ineuitabile panè,
Læditur vnusquisque loco, si ad iubila iungas
Ingenia ingenijs; perit vsus, si secùs: vt si
Socratico aßideat, stultus quia postulat ordo,
Saxonis aurigam qui vincat amystide; vel si
Obscurus, crepitet tumidè qui millia centum,
Claro, qui proauos præ nummis iactet egenus:
Anto, quæ sapiat mulier; tibi rabula nugax;
Conferat hirsutus glabro, Dauo Oedipus, aut si
Prodigus attento nimiùm, cruduſq; recocto;

Ecquis

Ecquis erit fructus, quæ talis gratia mensæ?
Talibus extremis quid ages? Abazea celebres?
Te notat atque premit dominus cognatus. Inepti
Cum reliquis. Interdum non poßis; modulatur
Vlnâ vicinus sua verba, & pondere vendit;
E regione sedenti est magna libido tacendi;
Subridet tantùm, nunc corrugata rotatur,
Nunc latis oculis frons; extußitq; magistri
Instar Grammatici, quò contineantur alumni;
Nunc subtile caput scalpit, limóque notatur,
Quidquid agit iuxtà positus; respondet, Ita, aut Non,
Nescio, si qua roges de fœdere, pace, vel armis:
Singula quò meliùs, nullâ stimulatur orexi;
Riserit & Consul, propriâ grauitate stupescit
Ipse suâ: da aliquem, si bellua tanta, colorem,
Miscuerit sese nostris sine pondere mensis.
Horis ista tribus, donec se proluat haustu
Vndecimo, reserétq; pater vertigine pectus
Lenæus, iubeátq; ima effutire medullis,
Quæ magis afficiant quàm præcedentia. pensa,
Atterit ignoto qui mollia lintea naso,
Quàm felix! tu conscendisti, nauiga; habebis
Quò excuses aliàs, quò te simulaueris ægrum.
Alterum, & hoc, primo leuius nil: cuique videndum,

Quid, de quo, cum quo, quàm latè, quo ore loquatur.
Si benè consultum fama vult manè sequenti,
Si non deferri, cribrari, pensiculari
Ilicò ab his cupiat, qui dexteritate nigrandos
Suscipiunt homines, & cæco vulnere lædunt,
Credito opus si sit, si coniuge, parte fauoris.
Nam quamuis similis Curijs viuasq; Camillis
Olim, nunc illis qui se arte politicâ adumbrant
Fecundo studio, vera virtutis imago:
Ni tua conformes illis, qui posse videntur
Multa sibi; euadat ridendo verbulum, adulter,
Efferus, ignorans, laruatus, vappa, proteruus,
Contemptor Diuûm Mezentius es. Caue, dicunt,
Vir malus introrsum est. Vnde hæc? ex disparitate
Et numero conuiuarum. Tropus excidit ore,
Vteris aut sermone figurato, cadit aptè,
Dicis apophthegma; & mox, scypho circumeunte,
Magna salus vrbis, cum prosperitate Senatus,
Potatur; refugis nephriticus, atque podagræ
Admonitus, pauca & de consuetudine subdis
Barbara, & allegas Italorum in culmine mores;
Elatum, & fatuum legio Semeleia clamet
Consensu vnanimi te, & fies fabula vulgi,
Ni vulgaris ames certare canalibus amplis.

Ergo

Ergo pares paribus facili commiseris orbe
Diuarum numero, cùm te accipitérque canésque,
Venatórque tuus multâ perdice beârit;
Sole, nota, medio, non horâ Mercuriali;
Mappáq; luxuriam compenset crebrior, ádque
Normam antiquorum stent vno elixa catino,
Quo patruus vitulum, porcus confundat ouile,
Tostaq; maζonomo, bellaria fructibus hornis:
Mespila, castanea, moschatula, cum melimelis,
Et pyra sambuci ludentia flore saporem
Vincunt artificum exactißima crustula: cura
Panem Cæciliæ heredum; rigeat maris expers
Vinum, quod natum ad caussas; & citrea abundent:
Nec tria, quæ quartis circumdes, poma secundâ
Hesperidum mensâ, tostorum porgat ad esum
Lanx scobe perlucens. Embamma, & fæcula Coa,
Et mala Assyria, & pulmenta in copiâ, habentur
Gloria tota epuli. Congerro superuenit vllus
Soli pransuro cum socru, coniuge, prole;
Mensa sit vnius patinæ adyjcialis, amici
Gratiâ, & è medio vasis committe trahatur.
Nulla apotheca domi, si desint plurima, pollen,
Caseus, oua adsunt, herbosum iniunge moretum,
Prætereáq; nihil: toto gaudebimus anno

Hoc

Hoc vita studio; nec quid rationibus addes
Distribuens epulis epulum. Sed rennuit vxor
Assiduas curas. primis ducenda diebus;
Nil facile est aquè: dicetur culpa mariti
Rustica si coniux: polietur, linxeris vrsam.
Felici obtigerit facie reuerenda suaui,
Coniugis excipiens votúmque vmbrásque sagacis;
Excusans breuibus, tenui si portio casu,
Insinuans oculis, quòd gratus amiculus adsit.
Sed quid? non cuiuis hodie datur ire Corinthum.
Si tua sit capitosa, tenax, plus impediatur,
Vt tres excipiat, quàm præfica funeris vlla
Louanij, si Petriuiri discesserit vxor;
Sicq; semel meliùs committeret archimagiro,
Quàm sibi quotidie, curaq; focaria inertis;
Nolo desperes in pœnâ habiture sodales:
Vt fert, inuita; refugit matrona, taceto;
Finge domi, socijs, incommoda iusta lauandi;
Et moneas mediâ priùs ac discumbitur horâ
Snyderum; inuenies, quâ contentabere, mensam.
Exemplis, ratione cadet, vel tempore, non vi,
Nupta, viro: peccat pars magna inscitiâ earum,
Simplicibus dominis quas credimus esse molestas.
Argueris meritò; Virro mihi sanguine iunctus,
Vir

Vir rudis, at diues; multis incommodus vnus,
Cognatus tamen, & diues. Vin' ſemper omittam?
Me vocat interdum. Inuites, at nemine iuncto.
Hunc ſemel Archaicâ poteris compellere menſâ
Tempore oportuno, cathedráq; locare ſupremâ,
Et patrijs farcire cibis; bibat, ebibat, vltrò,
Preſſus; cordata concurrat dextera dextra.
Stringe manum digitis, patrinum te prior offer
Concepta ſoboli, tractes connubia pullis,
Verba viro aſsimiles; ſint ſeria, friuola; quæras
Quantum prateritis, hoc quantum expenditur anno:
Res pretio creſcunt, ſimul & ſunt deteriores.
Quanta ancillarum viget hoc incuria tractu!
Difficiles ſerui inuentu queîs fidere poſsis:
Prouida quot modios tritici perſuaſerit vxor,
Quot candelarum, quot ſmegmatis atque butyri,
Quot piperis libras, quot ligni millia, vini
Quot Bibractenſis, Rhenani, & dolia zythi:
Quis merus, aut mango; carus, vendátve minoris;
Quis mercatorum inſtructâ mox antè tabernâ
Allicit emptorem; quis contrà diues abegit:
Hoc recreaturus teretem ſermone, ducentos
Accipies in quaque modos re proficiendi:
Pondera frumentorum, illychnia candelarum,

F *Smeg-*

Smegma lauatrici sit inutile quale fideli,
Quale piper; carbo, an cespes conducat ematur:
Quòd patria, & Mosa pretiarit Sturmius olim,
Vina catarrhosis; quæ mixtio adultera zytho:
Clandestina domo lateat quâ pergula frugi
Emptori; & paria his sexcenta docebit ad vnguem
Vir bonus, & micas solitus numerare salino.
Posce nouos calices, & condi verba Lyæo,
Nausea ne stomachum subuertat: iam citò finis:
Pauca priùs subdat de coniuge, prolibus, & se.
Exquire, ausculta, vesicaq́ impera ad horam:
Tali digna viro quippe est Cornelia, Amazon,
Penelope, Alcestis, Tanaquil, Lucretia, Cypris
Ipsa; rosa vt sputat, sunt aurea verba, loquatur;
Delicias cacat, & mingit fragrantia. præstò,
Præstò adsint pueri, spument carchesia, Diua
Propinanda isti. Te terq́ quaterq́ beatum,
Marte, Alcide, Herme, riualibus, & Ioue dignum!
Quæ tua progenies tali de stirpe? Quaternâ,
De sexu meliore, facit me prole parentem;
Vnica dumtaxat, quæ matris imagine splendet,
Gnata mihi: dicam: quid circumductio? multis
Expectata procis, sed necdum nubilis; annis
Nata decem; timeo ne mores, gratia, virtus

Sup-

Suppleat ætatem: formâ est pulcherrimâ, & ipsâ
Candidior Chione; Sarrana genis, generosi
Principis vrticâ, vel cœtu digna Dianæ.
Maior & hic annos viginti natus & vnum
Filius, ingenio est præcox, studijsq; peractis
Ciuica corda rapit; non vllum consulit, at iam
Consulitur; viduis votum primísq; puellis
Non vulgare, decus stirpis, dignusq; Senatu:
Quin & ! sed sobolis laus patris sordet in ore.
Dic quæso vlteriùs. Non cedit Marte secundus
Fraternæ doti; non est adeò ingeniosus,
At præstans animi; loquitur ceu militiæ dux,
Præsidio numquam excessit; sed quid fore credis
Tempore, cùm positis versabitur agmine castris?
Perstat in excubijs, nulli virtutibus impar;
Hoc nunc grandiloquo matrem perterruit ore.
Tertius est virtus ipsa, hunc aptabimus aræ;
Est Abbas facie, pius, & sine fraude dolóque;
Sex tamen annorum. Minimus, versutus, & acer,
Crede, spei magnæ; Regum expectabitur aulis.
Patrizant. Doceo proauos, vel ab Hectore natos,
Aut veteri Ammadeo; quàm longo sanguine pulchrũ
Censeri, quos despiciant, queis cedere poßint.
Quidquid habet vicina noui, cognata, sorórve,

Italiâ quidquid villis dimittitur aureis,
Vxor habet: charo à conforte quid ampliùs optes?
Nox ruit, ergo vale. Potet priùs, atque repotet;
Tu quoque, si sit opus. Quando discesserit, aies:
Gaudeo, coniux, affini satis esse rotundo;
In longum tempus satis est. Tu sanguinis arcto
Iure feras omne hoc, iniuncta piacula credens
Lauti ventriculi, longaq́; libidinis, vmbram
Solatura tuam: verùm, si iunxeris illi,
Erecti quos nosti animi, verbísque grauandos
Futilibus; barathri fundo volueris in imo,
Inter eos, ausi qui corpora mortua viuis
Iungere, legitimis & falsos spargere nummos.
Sed quid concludis? quæret quis lassus: amicos
Sexaginta habeo, quos obseruem, excipiámque:
Vin' conuiuiolis me tot macerare? duos nam
Difficile inuenies hodie, queis conuenit inter
Se spatio exiguo, & qui non rixentur apertè.
Fallitur hic quisquis; non est rixari, animosè
Si quis defendat, quæ suadet opinio, contra
Problema alterius; nec erit discretio talis
Vtilis: at cures hirci moueantur ab hædis;
Cultis, inculti; tenebris, lux; semiuiro, vir.
Vt placet, inuites; sex, octo, nouem, prout aptè,

Vel

Vel prout occurrit, cum potatore bibaces,
Cum lepidis lepidos, & cum Therſite loquaces:
Delectu conſtant hominum conuiuia læta.
Incidat inuitandi aliquos occaſio: debes,
Siue ſoles; ſpe nempe lucri, ſuffragij, amoris,
Dama perna data eſt, vel aperculus inſcius herba,
Et par perdicum: capit octo menſula, & illi
Sunt ſeptem; vnius redit excuſatio quorum:
Sex ergo; impenſa facta ſunt; adijcietur,
Ante duos menſes qui te inuitauit amicus,
Cum dominâ vxore: & cautè inueniſſe putabis.
Recula ſic tuta: at nullum cognoſcit eorum,
Quos priùs intendis; diuersò viuit & audit.
Sufficiens locus eſt. nugaris, mechanicorum
Hæc ratio; æquales ſtet primùm iungere, ne rem
Introitu mutiles; &, quantum fert, ſibi notos:
Aut lepor, & fructus, peritura & gratia menſa, &
Impenſa: oblongis vix attingentia clunes
Pallia ſi miſces, intentis gaudia curtes;
Vt qui diſſiliant animis, vel ſorte, vel annis.
Conuoco vicinos, piſtorem nempe fabrúmque,
Sutorem, & reliquos, quia Bacchanalia: degit
E regione mei, cuius comitata per vrbem,
Vir grauis, incedit coniux famulo vnicolore;

 Inde-

Indelebiliter cuius signata vetusto
Porta Magistratu, cuius vulgaris oryza
Non calet inferijs: vin' hunc, quia notus, amicus.
Vicinus, vexem mactra sermone securis,
Subula? habet lautè, & contentò viuere possit
Vnde domi; multis cur mecum nauseet horis?
Ingenio, ore pares, si me dignentur honore,
Expertíque viri, & nobiscum prandia sumant;
Vicinum dominum, vicini iure vocabo.
Et paribus miscebo parem: nil hîc triuiale
Expecta, expositi nil; sed paritate monetæ
Verba repercutient, nec erit contagio dictis.
De rebus sacris, & de sapientiâ agetur;
Quid moderator, agant, academicâ in arte, Neronis,
Quid Plutarchus; opus cuius diuinior & mens;
Quantum Fernelio superetur Fuschius, in quo
Lessius à Sanchez dissentiat: inde, saluti
Quid patriæ expediat, nubétne Hispana Britanno,
Sceptra Palatino si restituenda; quid Anglis
Libera relligio; Veneti, quid Gallus, ad ista:
Quæ Bauari vires, quæ Saxonis, & Leopoldi,
Spinola quid studeat, quid Corduba, ferueat oris
Queîs Gomes Henricus: quæ belli machina surgat
Auraico; intrepidos contra conamina cuius

Inter-

Intercepit hiems, & præsidiaria fecit.
Omnia quæ coram si paupere spiritu agantur,
Induat Harpocratem, saturato ventre, necesse est;
Oscitet, & centum distare hinc passibus optet.
Ergo pares paribus, Taßi, iungamus oportet
Musarum numero; cras, si lubet, incipiemus
Aediculâ in nostrâ, notos adhibebo sodales.
Ante focum reprobans mea dicta vxorius, octo
Castaneis vrat putridis feruentibus, oris,
Cum gnauâ, aßiduò, molle, assestrice, palatum.
Nec mirere, precor, tibi nos cecinisse soluto:
Materies prima es, formas quascumque paratus
Amplecti; instantis communi more puellæ,
Siue resistentis rationis: rasa tabella es;
Suesce stylo nitido, hæc olim meminisse iuuabit.



A D

AD FRANCISCVM ANTONIVM VRSELIVM PROTONOTARIVM APOSTOLICVM PRAEPOSITVM DIVI AMATI PRIMVM CANCELLARIVM VNIVERSITATIS DVACI.

CONIVGIVM.

SVB *noctem tendens Bruxellam, non ita pridem,*
Aduersis Zephyris, communi composui alueo.
Nauis me, vt reliqui, somno: dormiuimus hora
Per medium; incipiunt sex euagire puelli,
Tot matres cantare, tot euomitare; sed illic
Peditur, hîc contrà; hac pars increpat, obsecrat illa
Vt taceant; potant alij, fumántq; tabaco;
Eructant, sputant, emungunt: iurgia miscet
Acria quisque, pluunt conuitia; donec ad arma
Prosiliere duo: quos vt compescuit astus
Multorum, ad tempus subsidunt murmura; fœtor
Euanescit; habent saturíque senésq; quod optant.
Ast iterùm pueri: Bua mamma, bua, bua mamma,

Pappa

Pappa bua mamma, ô mãma, ô mãma, ô bua, pappa.
St! tatha nos audit. ploras? manducus & Acco
Te abstulerint. Frustrà; consuetas edere voces
Illi, nec modus est aliquo cohibere susurro.
Quidam turbarũ impatiens, Apage hinc, malesana;
Si sine filiolo, nullíq; molesta, perires
Importunum animal? inquit: nil ampliùs. Vna,
Nescio si coniux, gracili non voce secuta est:
Quid tibi inhumano de tali elephante videtur?
Non satis ærumnæ est? quidquam mihi furcifer iste
Adijciet? patrióne isthac trux expuit ore?
Abstineant thalamo, quibus intoleranda videntur
Cantica pullorum, & pereant tentigine longâ.
Vobis commoditas vxoria, anhela libido,
Gloriáque heredum; nobis sint mille dolores,
Pro melle exiguo, pariendo, ferendo, & alendo
Ante & post partum, nullo miserante? benignus
Oderit, ínque diem septenis spreuerit horis
Consortem, & cuiquam Cytherea ardere pharetris
Suasero, & ingrato committere vota cadurco?
O fortunatas natas ad claustra puellas!
Risimus ex animo cuncti; iustumq; minerual
Dicitur esse viro: atque, vt verbis verba trahũtur,
Scilicet est verum, magnis rationibus vrges,

G *Alter*

Alter ait: thalamo abstineant, tedaq; iugali,
Queîs animo vita est ex omni parte beata:
Nam quibus ingenium, domina, ceruice paratâ,
Subdere colla iugo, moriuntur rebus agendis,
In dominas abeunt; qui fortis, & interior vir
Frena reluctatur, stomacho tabescet amara
Coniugis, aut pacis viuet crudeliùs exspes.
O fortunatos natos ad castra iuuencos!
Non tulit hanc faciem dicendi grandior auo,
Qui iuxtà positus, castigauitq; Hymenai
Suggillatorem, & temeraria verba redarguit:
Quippe maris, calîq; Dei, & discordis Auerni
Coniugio viuunt stabili, dominantur amoris
Pignore concordes in subdita fœdere regna,
Alternis spatijs: riuales iunge Deorum
Præcipuos hoc orbe viros; quin magna vetustis
Pœna recusanti connubia lege Lycurgi.
Est genus humanum nobis, Iunone secundâ,
Restaurare datum: modò Cadmus dentibus Hydræ,
Nec Pyrrha obtineat: nostrâ si fata moremur
Segnitie, dic quale Polo, dic quale Profundo
Expectandum odium? grauiter commissa luemus
Perdere conati, quibus instruat atria Diuûm
Iupiter, innumeras animas; si non vetet vllum

Grande

Grande ministerium, quo nos decet esse pudicos.
Tum prior: Annuerim, nec me vita illa grauaret
Fertilis heredum, partes apponeret aquas
Virginibus, satus Iapeto, si moris, & oris:
Sed quia, nemo neget, quæ supportabilis vxor
Rara auis in terris, actutùm & concidit illi,
Quidquid erat generosi animi prisciq; leporis,
Stulta maritali qui porrigit ora capistro;
Nemo facem inculcet, si centum orauerit annis,
Quà pendent aures, de libertate peractum est,
Curarum crescit fomes, spes nulla reuerti
Ad genium, aut imis superest cantare medullis.
Dî sine labe animæ: riualibus additur auræ
Diuinæ pars maior: habent permulta, puellæ
Stemmata nympharum, queîs demulcere rebelles,
Inclinare valent & deuincire maritos,
Quorum exsors vulgus: pretio certator abibit
Vrbe meâ victor, citiùs quia prompserit oua
Centum, quàm dominos binorum offendat equorum.
O bone, quid mirum? rebus præstantior vxor
Quippe viro; asseruat senio, proliq; futura
Accumulat, paruísq; præest, quod turpe marito.
O Coligon, Coligon, nescis incommoda, quæ te
Sic meritum post terga manent; capiti omne redundat.

Nempe tuo; nec quando voles, modereris habenis.
Cui semel imperium, tibi numquã obtemperet vxor:
Sordibus vtilitas nullis emergit honesta, vt
Ingenuis animis. Hæc bis, ter verterit assem;
Jlla licetur adhuc meliùs; secat illa trientem;
Quadranti vt parcat misero, populariter errat
Jlla foro; hæc alget, sudat, festinat, anhelat
Vt sua conseruet, frugi quò possit haberi
Oeconoma, extorquet, donec iurauerit alter:
Vitrea si famuli, famulæ si fictile rumpant,
Væ miseris! soluant, migrent, clamore remugit
Tota domus: Studio mea negligis. O domina, inquit,
Detrahe mercedi, vice me dimitte secundâ,
Serua gemens. Aliæ siliquis, crambe, & sene porro,
Et lardi exiguo iussere tumescere seruos,
Toto anni spatio: vilissima vappa bibatur
Quadrantis medij zythum: dent membra sopori
Sub vigilis pulsum; sub galli surgere cantum,
Cautum præcipuè, quò frigida fila trahantur,
Queîs sine progrediens pereat res: omnia nugæ,
Quas flocci facias. Bona disciplina saginat;
Sufficiat seruis; rarò periere labore.
Ecce inhiant anatis, contemnunt anseris ouum.
Vir contraueniat, mediocria suadeat vrgens

Nomen

Nomen honestatis; rabie assurgente feruntur
Præcipites: Mihi cura domus; tibi cura taberna,
Museiq; tui: quò me & mea gessero, abundè
Me instituit genitrix; tardè venere, deinceps
Qui sperant aliud. Bona verba, sed ingenuus quis
Tecum habitet? plus perdis, quàm lucrare; malè audis:
Noli, noli alijs fieri ludibrio: habemus
Longè quod satis est, spes est maioris habendi.
Vlteriùs blateres? noli vexare, quiesce:
Nil mecum obtineas; ex quo sapientior es me?
Sic volo, sic iubeo: sit pro ratione voluntas.
Quid facias? Scyllā incurras, certám ve Charybdim.
Hæc iterùm excuset naturâ vxorius, altùm
Mersus auaritiæ? non viderit vtilitatis
Posthabitum studium? nam quod tolerabile seruis,
Repet & in dominum inuitum tolerabile numquam.
Culcitra, fulcra, toralia, anaclynteria magnis
Sumptibus effulgent; tumido quoque conopeo
Perquam illustre puerperium; splendetq; culina,
Sartago, diploma, veru, craticula, ahenum;
Et teritur tempus tabulis, tignisq; fricandis
Quotidie; ô stolidum! toto vix vteris anno.
Sordidula accumbis mensæ. Patiare, lauamus;
Cras forsan meliùs. Satis est; considero: Alanum

 Cras

Cras decet inuitem; satagatur, quæso, culina.
Pinsitat Elisabeth, non possum; multa plicanda
Lintea; sunt amylo firmandaq; plurima; caro
Omnia nunc constant minùs exquisita macello:
Milliaq; obtrudet non conuenientia. Clames,
Ores, imperites, obiurges, & mare cælo
Confundas, nihil efficies: siue arbitrium sit
Præ manibus, seu certa lucri fiducia, sunto
Aedes hospitium, sed diuersorium vt ædes.
Ecce hærent minimis; quid sit verè vtile, raro
Prospiciunt, nec honestũ: amet hæc, qui pacis amator?
Longinquo rediјt, citò discessurus amicus,
Hospitio qui te peregrinâ exceperit orâ,
Iuuerit & nummis; veteris vestigia flammæ
Agnoscis, suadetq; pari par grata referre
Mens tua, de placito si constet coniugis: aut si
Sperans omne bonum, petulans quia nocte fuisti,
Immonita adducas; noli me ducere tecum,
Cardiacâ ne labe ruam, ne labar ocellis
Ignitis, gyróq; breui, colubrísq; Megaræ,
Ipse quibus palles assuetus. Nec tamen isto
Euades, quòd te duro sub patre retentum
Succurrat, loculósq; olim distenderis auro
Numquam, nunc diues dotalibus affluis agris;

Aut,

Aut, quia parca placet, sis coniuge auarior ipsâ;
Imputat illa viro tunc se, & contraria spectat,
Assueuitq́; epulis, pretiosis vestibus, altùm
Lusit in ade patris, matrísq; ancilla crumenâ
Luxuriat turgente, foro: nunc aure cylindrum,
Et collo baccas; mox nunc segmenta, stalagmum,
Nam mos est, poscit: iam Hispanâ cyclade ferbet;
Gallica iam melior: si contradixeris audax,
Dilates portas Actaon. Vis tribus ergo,
Ne te detineam, me vitam absoluere verbis,
Quam decet aggredier, cui iuncta puella cubili?
Experrectus agat manè, at post oscula trina,
Et reliquum officij, de rebus eâ die agendis:
Conferat integrè, dominaq́; expostulet antè
Iudicium, quàm consolidetur opinio menti
Certa sua: caueat, si quid dissuaserit illa;
Qua rogat, obseruet: qua vult mandata, rogabit
Vxor cauta virum; mox si concessa, Sabinâ
Est ipsâ melior: tum dicat, eundo foras, quò,
Quando reuersurus: si diutiùs haserit, ausus
Interdum lusisse pilâ, caueátq; videri,
Detentum varijs & se indignetur amicis.
Si quisquam inuitet solum, excusatio pulchra
In promptu, Vxorem duxi: *si sapè molestet,*

Pro-


Promittat; puer excurrat, vel deferat ipse:
Nemo inuitetur, nisi quem iam nouerit vxor,
Et probet; hac monita semper: si non velit, oret;
Permanet, expectet donec felicior hora:
Otia post pransum, si suda arriserit aura;
Ambulet, inuisat cognatas, mœnia calcet,
Ad latus vxoris semper; supra omnia nocte
Emaneat numquam; solus numquam exeat vrbem;
Abstineat lusu, veterisq; sodalis ab vsu:
Si formosa domi sit casu ancilla, notetur
Rarò oculis: iustam cœna numquam vrgeat horam;
Impedimenta putet, si tardè; si citò cœnet,
Torquetur somno domina: & condormiat illi;
Incultus frigescit amor; neque iactet ob æstus,
Jtaliæ morem, nec quid consueuerit Indus:
Concumbens repetat, quæ viderit audierítque
Illâ luce; roget pensum si neuerit Jda,
Luciolus flerit, blandè si paruula matris
Luserit Anna sinu: si forsan dentiat illa,
Vir vigilet noctu, ducat cunabula, crescant
Vbera nutrici: si patrem imbulbitet infans
Fasciolis ereptus, habet quæ insignia matri
Ostentet, valido hæc quæ manè rependat amori.
Coniugij si quis memoratis viuere clathris

Gestiat obiectis, bisq; à tonsore magistro
Incipiat pecti, spargiq; rosâ hebdomade vnâ.
Mens sua cuique Deus: mea mî persuadet Erynnis
Castra sequi, pulchrúmq; mori, præponit amori
Captiuo. Felix, Vulcanum nocte latentem
Qui gerit in cornu, Veneres per compita venans
Multiuagas, vltra numquam deuinctus amorem;
Serò domum rediens, quâ nemo grunniat; & sic
Despiciens ferulas, & stulta examina nuptæ:
Nam, verum vt fatear, si quis mihi, Posce, Deorum
Dicat, quod mauis, abstruso carcere cludi
Ruppelmondano, vel libertate potiri
Lege puellari; pedibus dabo vincula, liber
Possim vt mente frui; & Superos non pauca putabo
Indulsisse mihi: leuis hæc punitio culpæ.
Sic ait, & primæ vela aduertuntur arenæ.
Multa parat senior; reliqui nos multa paramus
Dicere, quò thalami restauraremus honorem
Immeritò læsum: nam quæ (si credere fas est)
Conueniunt numero paucis, diffundere cunctis,
Aerugo est animi, succus loliginis atræ.
Det pœnas, soleâ pulsetur, crine rotetur,
Et rubeat talitris, conuentum: quæritur, at iam
Euasit: vocat vlteriùs conductor eundum:

H Iám-

Iámque dies aderat, diſpergimur; ille ſupremâ
Parte manet nauis, pedes hic, deſcenderat alter:
Indefenſa igitur Veneres à crimine noſtra:
Aſt ego ſuſcipio, ſint otia plena, querelam.
Haccine Præpoſito? concede, nec aptius vlli.
Quî pote? Perſiſto. Tibi non eſt maſcula coniux,
Filia, nec genitrix, nec fratria, nec ſoror vlla,
Nec ſocrus veneranda, nec obſeruanda nouerca:
Si qua cutem rugis ſulcans te concitet in me,
Syllographum velut infrænem, video muliebres
Te reprimentem animos, & fortiter argutantem:
Non vllam hoc ſale defrictam, quàm quæ patienter
Ferre nequit populi voces: quin ſtercora dicis,
Quò moueant, fœtere magis; quingentáque promptè
Irarum inuenies moderamina, ſaluo iusto.





CEN-

CENSVRA.

SERMONES hos familiares P. SCHOLIRII, verè familiares, festiuos & in corruptos huius sæculi mores cum vrbanitate & lepore fusos reperi, & qui lucem adspiciant dignos censui. Antuerp. XIV. Kal. Februar. ∞. IↃ C. XXIII.

Laur. Beyerlinck Archipresbyt.
& librorum Censor Antuerp.

Cum Priuilegio Catholici Hispaniarum Regis, & potentissimi Belgarum Principis.

Signat.

Fourdin.